

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Gloria mala siue uana t
cum fontibus proximo et primis

Tuba est omnis actus uel sermo,
per quem ipsa operis iactancia designatur;
tuba ergo canere est pompam uane laudis appetere.

Crisostomus super illud Matthei V.: Noli tuba canere.

→ Vel tuba canere est pompam uanae laudis appetere:
unde Rabanus: Ante se tuba canit qui ante alios vult laudari.
Vel, ut dicit Chrysostomus,
tuba est omnis actus vel sermo,
per quem ipsa operis jactantia designatur.

←

Petrus de Scala, *Inserta in Thomae de Aquino lectura
super Matthaëum*, 6.1 (*Thomae Aquinatis Opera Omnia*,
S.E. Fretté ed., Paris, 1876, vol.19, p.331).

Tuba enim est omnis actus vel sermo,
per quem operis jactantia demonstratur.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaëum*,
13 (PG 56, col.707).